



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Moderatio in usu exercitii supradicti potentiarum adhibenda.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

epeteret: *Paratum cor meum; paratum cor meum; &* alias quando instabat apud Deum, aut affectum extraordinariū sentiebat, ut videre est in exemplis compluribus supra adductis, & hoc fieri poterit etiam dum quis ex instinctu Spiritus Sancti, vel ex seiplo verbum aliquod protulerit, affectum similem Sanctorum continens.

Moderatio in usu Supradicti Exercitii potentiarum adhibenda.

NEquè prætermittenda est necessaria admonitio, in exercendis affectibus, in discursu, in usu memoriæ & imaginationis,

tionis, & in omnibus denique actionibus, dum quis meditatur, diligenter cavendum, ne lædat pectus, aut caput, inferendo sibi violentiam, quia præter damnum corporale, multa etiam sequi solent damna spiritualia: E. G. languor quidam, & remissio in meditando, præ timore, ne iterum se ipsum lædat, frigus quoddam, & inefficacia affectuum; exigua dispositio ad recipiendum semē divinarum inspirationum, & influxuum; facilis omissio meditationis, sive voluntate propria, sive suasu medici, & mandato patrum spiritualium, & alia huiusmodi. Evadet ergo periculosum hunc scopulum, si suavi-

ter procedat, prout docent spiri-
tualis vitæ Magistri. Suavitas
porro præter modos, quibus
quasi per negationes declarari
solet, id est, ne violentia infera-
tur, ne pectus constringatur, ne
lachrymæ extorqueantur, ne
tam incensa & vehemens nimia
actualitas adhibeatur, nisi expe-
riencia fallit, videtur dici posse
consistere in hoc, ut ea diligen-
tia meditationi impendatur, quæ
impendi solet colloquio cum
personâ alicuius dignitatis in-
stituendo, aut certè discursui in
publicum proferendo; nec aliud
quærat, nisi Deus, qui disponit
omnia suaviter, singulari gratiâ
suâ, ad maiorem quandam appli-

hupbiup

cationem

cationem vocet. Ratio huius est, quia cum duo solum in hac occupatione præstanda sint, scilicet, ut memoria, intellectus, voluntas, & imaginatio bene exercentur, & ut hoc ipsum suaviter, & absque nocumento fiat; utrumque convenienter perficitur, dummodò ad meditandum iam dicta applicatio adhibeatur; experientia siquidem docet, quod cum quis cum personâ aliquâ illustri loquitur, aut publicè sermocinatur, imaginationem probè exercent, ibi fixam tenendo, ubi à principio discursus applicavit, absque distractione; memoriam verò, fideliter reddendo.

quidquid

quidquid dicere statuerat; intellectum autem, convenienter discurrendo, consequentia cum antecedentibus aptè connectendo, superflua rescindendo, ornate dicendo &c. Voluntatem denique dum moveretur, modò ad supplicandum, modò ad gratias agendum, modò ad petendum, nunc irascendo sibi, nunc se offerendo. &c. præterea experientia constat adhibito, huiusmodi discurrendi modo in fine meditationis tam solere nos esse fortes & vegetos, ut absque defatigatione ulla capitis aut pectoris possemus producere ulterius, si vellemus, & si frequenter hoc accidit, dum quis ex

impro.

inprovilo absque præconsideratione prædicto modo discurret, sine dubio æque bene, vel etiam melius succedet in meditatione, ubi quis vel secum ipsæ, vel cum Deo loquitur. &c. præsertim si notatæ supra præparaciones fuerint adhibitæ. Quibus adiungendum quod in meditatione divina nobis Sapiencia assistat, suaviter docens, & suavius movens: imò quod plerumque eo tempore homini communicari solet tanta cognitio intimorum recessuum cordis sui, spiritualiumque suarum necessitatum per examen conscientia, & meditantibus tum lectione spirituali, tum con-

cionibus sive exhortationibus
auditis taliter addisci, quomodò
cum Deo loqui oporteat, quam
prompta sit Maiestas divina ad
succurrendum hominibus, imò
quod ipsa homines ad favores,
& beneficia postulanda exsti-
mulet: ut non videatur posse
dari casus, quo quis accedens
eo quo dictum est modo, non
bene peragat: & quantumvis
verum sit, quod inter discurren-
dum cum personâ aliquâ illu-
stri, præsertim publicè, ipsum
obiectum sensibile præsens mul-
tum ad hoc conferat, ut discursus
bene succedat, quod in me-
ditatione non apparet posse fie-
ri, quia in illis non repræsenta-

tur

tur persona divina, aut alia cum qua loquitur, sicut obiectum revera sensibile sed imaginatum solummodò, vel fide apprehensum; nihilominus etiam verum est, adhibitâ aliquâ diligentia ad formandam huiusmodi, sive imaginationem, sive apprehensionem, solere tam esse fixam ac firmam, ut quandoque visioni obiecti sensibilis nihil cedat; maximè quia tale obiectum subinde aut per seipsum, aut per connexionem cum alijs faciliè causat distractiones; quod ordinariè non facit persona divina bene imaginata, imò potius certâ quadam reverentiâ, & sacro horrore causat veram & honorificam

attentionem, ut vult S. Basilius: tunc potissimum, cum adiunctam habet solidam mortificationem phantasiæ naturâ suâ nimis vagabundæ.

Ultima Colloquia Meditationis.

Quantumvis in usu supradictorum modorum excitandi & dilatandi affectus, varia colloquia inspersa fuerint, quæ quovis tempore meditationis adhiberi possunt, prout affectus excitatus, vel illorum auxilio excitandus postulaverit, modò gratias pro beneficijs Deo agendo, modò eidem nos offerendo, modò gratiam aliquam ab eo

postu-